



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CV. Iure Canonico Itâ sententia divortii contra mulierem quasi  
contumacem, nihilominus ipsius juramento statur, quòd fraude decepta  
non venerit in iudicium peremptoriè citata,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## CV.

## DIFFERENTIA 3r.

Jure Canonico lata sententia divortii contra mulierem quasi contumacem, nihilominus ipsius juramento statur, quod fraude decepta non venerit in judicium peremptorie citata, c. Ex litteris, de in integr. rest. At jure civili non reperitur hoc permiffum, arg. l. i. C. Sentent. resc. non posse, & l. Qui licitam, C. Ut lite pendente. Ioann. Bapt. à S.

Blasio 95.

I. **C**asus in c. Ex litteris hic est: Inter virum A. & mulierem B. causa matrimonii vertebatur, quæ commissa fuit duobus Archipresbyteris, qui cum sententiam divortii tulissent, mulier ad sedem Apostol. appellavit: appellationis causa commissa fuit Abbati Calvensi, & Archiepiscopo Paduano: Abbas, cui vices suas alter commiserat, sententiam ab Archiepresb. latam confirmavit, quia mulier ad terminum peremptorium pro sententia audienda non venerat. Post octo dies à tempore sententiae pater mulieris Abbatem accessit, & cognito, quod sententiam tulisset, juravit, quendam fraudulenter ipsius nomine literas presentasse, continentibus, ut, quia iudex in termino assignato non poterat interesse, post octo dies à termino illo ipsius se conspectui presentaret, & postmodum appellavit, ac simul supplicavit. Quod totum cum summo Pontifici Abbas significasset, *l. iiii. licet de fraude taliter perpe-*

trata non constat ad plenum, tamen ad favorem matrimonii de benignitate Canonica prædictæ mulieris supplicationem admittit, eamque restituit ad audientiam. Unde mandat, ut de causa prioris appellationis cognoscant ordine judiciario confirmantes, aut infirmantes, ut justum fuerit, sententiam à primis iudicibus latam. Hic *Glossa* notat, favore matrimonii auditur quis tanquam contumax, alias repellere-  
retur.

II. Idem si in Iuris Casarei legibus non reperitur, nihil alienum est, sed fini suo convenienter alium processum sequitur, nec indulget reis, quod cum a-

liorum præjudicio  
conjunctum  
esse vide-  
tur.

\* \* \*